



## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis  
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis  
Eivsdem In tres Tomos distinctis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

4. Vtrum in Christo fuerit spes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)



ratione materiae, non propterea oportet deficere habitum, sed si deficit sub ratione formalis obiecti, oportet habitum illius rationem formalem deficere. Et si impossibile fuit, & est obiectum aliquod formaliter loci habere respectu alicuius, impossibile quodque est, & fuit in illo locum habere habitum illum. In proposito autem totum oppositum inuenitur respectu magnificientiae & fidei, quia respectu fidei, res, quae sunt materia, quae creduntur, inueniuntur apud intellectum Christi, ut trinitas, &c. sed non sub illa ratione formalis qua creduntur, quia non ut non uideat, quia huiusmodi ratio formalis ponit imperfectionem in Christi anima, & ideo nec fuit, nec esse potuit in Christo habitus fidei.

obiectum fidei est res diuina non uisa. Habitus autem uirtutis sicut & quilibet alius recipit speciem ab obiecto. Et ideo exclusio, quod res diuina sit non uisa, excluditur ratio fidei. Christus autem a primo instanti fuit conceptionis plene uisitatus Deum per essentiam, ut infra dicitur. \* Unde in eo fides esse non potuit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod fides est nobilior uirtus uirtutibus moralibus, quia est circa nobiliorem materiam: sed tamem importat quandam defectum in comparatione ad illam materiam, qui defectus in Christo non fuit. Et ideo non potuit in eo esse fides, licet fuerint in eo uirtutes morales quae in sui ratione huiusmodi defectum non important per comparationem ad suas materias.

AD SECUNDVM dicendum, quod meritum fidei consistit in hoc, quod homo ex obedientia Dei assentit illis, quae non uidet, secundum illud Rom. 1. Ad obedientiam fidei in oibus gentibus pronomine eius. Obedientiam autem ad Deum plenissime habuit Christus, secundum Phil. secundo. Factus est obediens usque ad mortem, Et sic nihil ad meritum pertinens docuit, quod ipse excellentius non impleteret.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut glossa ibidem dicit, \* fides proprie est, quae creduntur quae non uidentur: sed fides, quae est rerum uisuarum, improprie dicitur, & secundum quamdam similitudinem, quantum ad certitudinem, aut firmitatem adhesionis.

Super questionis septima articulum quartum.

TITULUS clarus, de spe, quae est uirtus theologica quaerens. In corpore arduo sunt, primo, respondetur quaesito negatiue, scilicet in Christo non fuit spes, secundo, ponitur differentia inter defectum fidei & defectum spei in Christo, quum ad hoc, quod fides nullo modo fuit in Christo, spes autem quantum ad secundario sperata, in Christo fuit. Primum probatur sic. Spes est de Deo non habito ut obiecto, ergo in Christo non fuit spes. Antecedens probatur quo ad duo, scilicet quod spes sit de non habito ut obiecto, & quod sit de Deo non habito ut obiecto.

Primum probatur ex proportionalitate fidei in assentiendo, & spei in expectando. Secundum et probatur ex conuenientia theologiarum uirtutum, quae omnes sunt de Deo ut obiecto. Consequenter aut probatur, quia Christus ab initio conceptionis suae plene fructum diuinam habuit. Differentia autem secundo loco proposita inter fidem & spem in Christo declarat, ponendo primo conuenientiam extensionis fidei & spei, quia, utraque est de solo Deo ut obiecto, & extendit ad alia a Deo secundario, & subiungendo deinde differentiam cum sua ratione, quod fides nec quantum

ad principale creditum, nec quantum ad secundario credita, locum habet in Christo, quia hoc poneret imperfectionem cognitionis in anima Christi. Spes autem quantum ad secundario tantum sperata in Christo locum habuit, quia non omnia sperata habebat actu a principio, ut patet, de immortalitate corporis, & eiusdem gloria, quibus tamen carere nullam imperfectionem posuit in anima Christi: sed spectat ad alsum primum defectuum corporalium, quos dispensatiue ob imensam suam misericordiam pro nobis assumpsit.

ARTICVLVS IIII.

Utrum in Christo fuerit spes.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod in Christo fuerit spes. Dicitur enim in Psal. 30. ex persona Christi, In te domine speraui: sed uirtus spei est, quae homo sperat in Deum. Ergo uirtus spei fuit in Christo.

¶ 2. Præter. Spes est expectatio futurae beatitudinis, ut in 2. parte habitum est: sed Christus aliquid expectabat ad beatitudinem pertinentem, uidelicet gloriam corporis, ergo uidetur quod in eo fuerit spes.

¶ 3. Præter. Vnusquisque potest sperare illud quod ad eius perfectionem pertinet, si sit futurum: sed aliquid erat futurum quod ad perfectionem Christi pertinet, secundum illud Eph. 4. Ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in edificationem corporis Christi, ergo uidetur, quod Christo conturbet habere spem.

SED CONTRA est quod dicitur Roma. octauo. Quod uidet quis, quid sperat? Et sic patet, quod sicut fides est de non uisus, ira & spes: sed fides non fuit in Christo, sicut dictum est. \* ergo nec spes.

RESPON. Dicendum, quod sicut de ratione fidei est, quod aliquis assentiat his, quae non uident, ita de ratione spei est quod aliquis expectet id quod nondum habet. Et sicut fides, in quantum est uirtus theologica, non est de quocumque non uiso, sed solum de Deo,

logica quae est spes. Et quod non sit actus theologicus, apparet, quia deficiente ratione formalis obiecti theologici, deficit quoque actus theologicus: sed constat hic deesse rationem formalem obiecti theologici, quia non est hic Deus non habitus, ergo actus sperandi gloriam corporis, non est actus theologicus: par siquidem ratio est actus & habitus, quo ad specificari ex ratione formalis obiecti, ita quod cessante ratione obiecti, cessat specificatio tam habitus, quam actus ex obiecto.

¶ Ad primum horum dicitur, quod in Christo nullus fuit habitus spei respectu secundario speratorum, quia nullus habitus infulsus fuit in ipso, quin similis fuerit in hominibus sanctis, uel uia toribus, quum constet quod etiam habitus gratiae capitalis sit secundum essentiam idem, quod habitus gratiae (ut infra patebit) certum est autem, in nominibus non esse talem habitum spei diuersum a spe uirtute theologica, igitur nec in Christo fuit huiusmodi habitus.

¶ Et quum obicitur, quod actus spei in Christo fuisse imperfectus sine habitu, negatur. Et ad probationem, Omnis actus natus informari habitu, est sine habitu imperfectus, respondetur dupliciter, & utroque modo bene. Primo, quod ista propositio non est uera in actu, non omnino eiusdem rationis, qualis est actus spei in Christo. Nam actus, quo speratur immortalitas & gloria corporis, non est omnino eiusdem rationis ex parte obiecti in nobis & Christo, quia in nobis habet rationem ardui gloria illa, in Christo autem non. Et ratio est, quia habenti gloriam animam gloria

Infr. ar. 6. ad 1. & ar. 1. ad 2. & ar. 9. ad 1. & 1. 2. q. 65. ar. 5. ad 3. & 2. 2. q. 18. ar. 2. ad 1. & 3. diff. 26. q. 2. ar. 5. q. 1. & diff. 36. ar. 2. ad 3. 2. 2. q. 17. ar. 5. ad 3.

Art. praeced.

Au in li. 1. q. 2. ar. 1. q. 2. in prin. co. 4. Dico, Glorid.



si corporis paruum quid est, & videtur, secundo, quod illa propositio no est vera, quando principiu elicitiuum actus est melius dispositu ad actum illum, quam si esset habitatum. Sic autem est in proposito, quoniam voluntas Christi fruens Deo non in spe, sed in re, est melius disposita ad expectandum secundario sperata, quam si haberet habitum spei, quato certior & excellentior est res, qua spes, Quocirca expectatio, qua voluntas Christi fertur in secundario sperata, deficit a ratione actualis spei, & ex parte obiecti, & ex parte subiecti, & magis habet rationem desiderii, quam spei. Nec mirum, quia si spes sit de genere imperfectorum, quanto minus spei habetur, tanto magis ab imperfecto receditur.

q. 34. ar. 4.

in corp. art.

p. 2. q. 4. ar. 8. & q. 67. ar. 4.

in corp. ar.

isa. 11. 16. 2.

ita etiam spes, in quantum est virtus theologica, habet pro obiecto ipsum Deum, cuius fruitionem homo principaliter expectat per spei uirtutem; sed ex conuenienti ille qui habet uirtutem spei, potest etiam in aliis diuinum auxilium expectare, sicut & ille qui habet uirtutem fidei, non solum credit Deo de rebus diuinis, sed de quibuscuque aliis diuinitus sibi reuelatis. Christus autem a principio suae conceptionis plene habuit fruitionem diuinam (ut infra dicitur) & ideo uirtutem spei non habuit: habuit tamen spem respectu aliquorum, quae nondum erat adeptus, licet non habuerit fidem respectu quorumcumque: quia licet plene cognosceret omnia, per quod totaliter fides excluderetur ab eo, non tamen adhuc plene habebat omnia, quae ad eius perfectionem pertinebant, puta immortalitatem, & gloriam corporis, quam poterat sperare.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod hoc non dicitur de Christo in spei, quae est uirtus theologica, sed eo quod quaedam alia sperauit nondum habita, sicut dictum est.

AD II. dicendum, quod gloria corporis non pertinet ad beatitudinem, sicut in quo principaliter beatitudo consistat, sed per quandam redundantiam a gloria animae, ut in 2. parte dictum est. Vnde spes secundum quod est uirtus theologica, non respicit beatitudinem corporis, sed beatitudinem animae, quae in diuina fruitione consistit.

AD III. dicendum, quod dicitur Ecclesiae per conuersionem fidelium, non pertinet ad perfectionem Christi, qua in se perfectus est: sed secundum quod alios ad participationem suae perfectionis inducit. Et quia spes dicitur proprie respectu alicuius, quod expectatur ab ipso sperante habendum, non proprie potest dici, quod uirtus spei Christo, ratione inducta conueniat.

ARTICVLVS V.

Utrum in Christo fuerint dona.

AD QUINTVM sic proceditur. Videtur, quod in Christo non fuerint dona. Sicut enim communiter dicitur, dona dantur in adiutorium uirtutum: sed id, quod est in se perfectum, non indiget exteriori auxilio. Cum igitur in Christo fuerint uirtutes perfectae, uidentur quod in eo non fuerint dona.

Præterea. Non uidetur esse eiusdem dare dona & recipere, quia dare est habentis, accipere autem non habentis: sed Christo conuenit dare dona, secundum illud Psal. 67. Dedit dona hominibus. ergo Christo non conuenit accipere dona Spiritus sancti.

Præterea. Quatuor dona uidentur pertinere ad contemplationem uiae, scilicet sapientia, scientia, intellectus, & consiliu, quod pertinet ad prudentiam. unde & Phil. in 6. Ethic. numerat ista inter uirtutes intellectuales: sed Christus habuit contemplationem patriae. Ergo non habuit huiusmodi dona.

SED CONTRA est, quod dicitur Isa. 4. Apprehendent septem mulieres uirum unum. Glo. id est, septem dona Spiritus sancti Christi.

RESPON. Dicendum, quod sicut in 2. parte dictum est, dona proprie sunt perfectiones quodam potentiarum animae, in quod sunt naturae moueri a Spiritu sancto. Manifestum est autem, quod anima Christi perfectissime a Spiritu sancto mouebatur, sed illud Luc. 4. Iesus autem plenus Spiritu sancto regressus est a Iordane, & agebat a spiritu in deserto. Vnde manifestum est, quod in Christo fuerunt excellentissime dona.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod illud, quod est perfectum secundum ordinem suae naturae, indiget adiuuari ab eo quod est altioris naturae, sicut homo, quantumcumque perfectus indiget adiuuari a Deo. Et hoc modo uirtutes, quae perficiunt potentias animae, in quod ducuntur ratione, quantumcumque sint perfectae, indigent adiuuari per dona, quae perficiunt potentias animae secundum quod sunt motu a Spiritu sancto.

AD SECUNDVM dicendum, quod Christus non secundum idem est recipiens, & dans dona Spiritus sancti, sed dat, secundum quod homo. Vnde Grego dicit in 2. mor. quod Spiritus sanctus humanitatem Christi numquam deseruit, ex cuius diuinitate procedit.

AD TERTIUM dicendum, quod in Christo non solum fuit cognitio patriae, sed et cognitio uiae, ut infra dicitur. Et tamen in patria sunt per aliquem modum dona Spiritus sancti, ut in 2. parte dictum est.

ARTICVLVS VI.

Utrum in Christo fuerit donum timoris.

AD SEXTVM sic procedit. Videtur, quod in Christo non fuerit donum timoris. Spes enim non potior, quam timor, nam spei obiectum est bonum, timoris uero malum, ut in secunda parte habitum est. sed in Christo non fuit uirtus spei, ut supra ha-

torum loco obiecti formalis suae spei faccedere uidetur, & consequenter actum secundum dandum spei remanentem magis theologicum reddit.

Super quæst. septima articulum quintum.

Titulus art. 5. clarus est.

In corpore articuli unica est conclusio responsiua quae sita affirmatiue. In Christo fuerunt excellentissime dona. Probat. Anima Christi perfectissime a Spiritu sancto mouebatur ergo in Christo fuerunt excellentissime dona. Antecedens probatur ex duplici auctoritate Euang. lii. Confessio probatur ex quod dicitur donorum, scilicet quod sunt propriae perfectiones potentiarum animae, secundum quod sunt naturae moueri a Spiritu sancto.

Super quæst. septima articulum sextum.

Titulus clarus est.

In corpore articuli unica est conclusio responsiua quae sita, In Christo fuit timor Dei, non respectu malis, sed respectu eminentiae Dei praeter ceteris hominibus. haec conclusio in litera primum declarat quod ad terribiles duos distinguendo duo obiecta timoris. scilicet malum terribile, & eminentia potentis infligere malum. Quae probatur, quia nisi esset eminentis, non timeretur. Deinde declarat quod fit in Christo iste affectus timoris eminentiae dicendo, quod est affectus reuerentialis tantae eminentiae. Deum probatur, quod ad primam partem affirmatiuam auctoritate Apostoli ad Hebr. & quo ad comparatiuam auctoritate Isaiae. Replebit eum spiritus timoris domini.

Occurrit hic dubiu circa timorem reuerentialem Christi, ex eo quod eminentia Dei potentis infligere

ar. 4. hu.

Lib. 2. 3. & li.

Aug. in Jo. tra. 5. ca. med.

Glor.

q. 35. 2. 4.

p. 2. q. 4.

p. 2. q. 4.

p. 2. q. 4.

p. 2. q. 4.

p. 2. q. 4.

p. 2. q. 4.

p. 2. q. 4.

p. 2. q. 4.

p. 2. q. 4.

p. 2. q. 4.

p. 2. q. 4.

p. 2. q. 4.

p. 2. q. 4.

p. 2. q. 4.

p. 2. q. 4.

p. 2. q. 4.

p. 2. q. 4.

p. 2. q. 4.

p. 2. q. 4.

p. 2. q. 4.

p. 2. q. 4.

p. 2. q. 4.

p. 2. q. 4.

p. 2. q. 4.

p. 2. q. 4.

p. 2. q. 4.

p. 2. q. 4.

p. 2. q. 4.

p. 2. q. 4.

p. 2. q. 4.

p. 2. q. 4.

p. 2. q. 4.

p. 2. q. 4.

p. 2. q. 4.

p. 2. q. 4.

p. 2. q. 4.

p. 2. q. 4.

p. 2. q. 4.

p. 2. q. 4.

p. 2. q. 4.

p. 2. q. 4.

p. 2. q. 4.

p. 2. q. 4.

p. 2. q. 4.

p. 2. q. 4.

p. 2. q. 4.

p. 2. q. 4.